Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



159.

dedit pecuniam vt faceret quantum quisq; negociatus esset.
Venit aut primus dicens. Dne mna tua decem mnas
acquisiuit. et ait illi. euge serue bone et fidelis. quia in
pauca fuisti fidelis. eris potestatem habens super decem
ciuitates. et alter venit dicens. Dne mna tua fecit quinq;
mnas. et huic ait. et tu esto super quinq; ciuitates. et alter
venit dicens. Dne ecce mna tua quam habui repositam
in sudario. Timui enim te quia homo austerus es. tollis
quod non posuisti. et metis quod non seminasti. Dicit
illi. de ore tuo te iudico serue nequam. Sciebas q; homo
austerus sum. tollens q̃d non posui. et metens quod non
seminaui. et quare non dedisti pecuniam meam ad men
sam. et ego ueniens cum usuris vtiq; exegissem illam. et
astantibus dixit. auferte ab illo mnam. et date illi qui
decem mnas habet. et dixerunt ei. Dne habet decem
mnas. Dico aut vobis quia omni habenti dabitur et
abundabit. ab eo aut qui non habet. et quod habet au
ferretur ab eo. Offertorium. Dedit dominus confes
dilexit eum qui fecit illum. Secreta. Munera domine
oblata sanctifica. et intercedente beato leopoldo confessore
tuo. a peccatis nostris nos absoluere dignetis
Per eo. Communio. Gloria et diuitie in domo eius. et
iustitia eius manet in seculum seculi. Complenda.
Hac nos domine pietatem et sanctitatem beati leo
poldi tota mente sectari. per quam misericordie
tue gratiam. et eius patrocinia sentiamus. Per eo. n
Ad secundas uesperas antiphona. A seculo purgatus est
de confessoribus. Cam reliquis antiphonis de laudibus. et psalmis
vt in primis uesperis. Ad magnificat antiphona
Hymnisemus hilares eterne sapiencie ut meritis at
rogatu illustris ethici leopoldi. auctore vnigeniti dei
et marie. trinitatis hercamus obsequijs. moribus abie
ardua celicis ipsiri superno. Cantica. O magnificat.
Oratio Deus qui sanctum leopoldum c. vt sup.